



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Pœnis & cæteris Aphricæ populis. Caput Sextum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

Ex quibus vbi palmulas præmaturas decerpserunt, ad solem siccantes mature faciunt: deinde lacte maceratas sorbillant vxores plures singuli e consuetudine habent: & cum his in propatulo coeunt, eodem pene, quo & Massage-thæ modo: nisi q̄ hi prius scipionem præendant. Mos etiam Nasamonibus est, quum quis primum ducit vxorem, vt sponsa singulos conuiuas adeat vneris gratia: & vt quisq̄ cum ea concubuit, donum det illi, quod secū habet domo adlatum. Iure iurando ac diuinatione tali vtuntur per eos viros, qui iustissimi atq̄ optimi apud illos fuisse dicuntur: iurant illorum sepulchra tangentes, diuinant ad suorū accedentes monumenta: & illi vbi preces peregerint in dormiunt: vbi quodq̄ per quietem in somnium viderunt, eo vtuntur: fidei dandæ consuetudo hæc est, de manu alterius vterq̄ sumptio inuicem poculo bibit: q̄ si nihil humoris habuerint sumptio e terra cinerem lingunt. Garamantes omnium hominum cōmercia aspectumq̄ refugiant: nihil bellicæ armature habentes, nec defendere quidem sese audentes, supra Nasamonibus incolunt. Circa maritima verò oceanum versus his Macæ confines sunt: qui summum capitis verticem radunt in medio capillos crescere sinentes, hinc atq̄ hinc in orbem tondentes. In bellum subterraneorum struthionū pelles pro argumento ferunt Gnidanes Macis contermini: quorum mulieres fimbrias pelliceas ferunt: singule multas: ob hoc (vt memoratur) q̄ vt a quoq̄ viro venerem passa est, fimbriam orat: & vt quæ plurimas habet, ita præclarissima censetur, tanq̄ a pluribus viris adamata. Machlyes circa paludem Tritonidem habitantes occiput crinitum gestant. Auses vero anteriorem capitis partem. Horum virginēs anniuersario Mineruæ festo in honorem ipsius Deæ indignè inter se bifariam diuise præliantur lapidibus fustibusq̄, dicentes se morem patrium seruare ei, quam Mineruam dicimus, & quæ virginēs ex vulneribus decedunt, eas falsas virginēs appellant: sed priusq̄ a pugnando desistunt, hoc faciunt, quæ virgo in pugnam optimam operam nauauit, eam semper communi sensu cæteræ virginēs exornant: tum cætera armatura Græca, tum crista Corinthia, & curru impositam circa paludem circumferunt. Iidem promiscue cum mulieribus non vna habitantes, sed pedum more concumbunt: vbi apud mulierem puer robustus est factus, apud quem virum habitare sustinet (nam tertio quoq̄ mense viri cōueniunt) eius filius censetur. Atlantes a monte Atlante, iuxta quem habitant, appellati: anonymos sunt, i. nomen proprium singuli non habent, Solem transcendentem execrantur, eiq̄ propterea omnia conuitia ingerunt, q̄ torridus & ipsos & regionem perdat: nullo animante vescuntur, nec somnia vlla cernunt. Pastoricij Aphri carne & lacte victitant, nihil vaccinum gustantes, quia nec Ægyptij suem gustant, nec vaccam alunt, nec Cyrenæ fœminæ ferire sibi fas putant, ob illidem, quæ in Ægypto est: cui & ieiunia, & dies festos agunt studiose. At mulieres Barceæ non modo gustu vaccinæ carnis, sed etiam suillæ abstinent. filij ipsorum vbi quadrimi effecti sunt, venas verticis quidam etiam temporum illorum lana succida inurunt, ob eam causam, ne villo vnq̄ tempore pituita officiat e capite defluens: eaq̄ de re, se aiunt esse optima valetudine. Eo

C ij

In ppatulo
coeuntes.Sponsa apud
Nasamonibus
a singulis con-
uiuibus cognos-
citur
Iurandi ritusFidei dandæ
consuetudo.Garamantes
hominum cōmer-
cia fugiunt
Macæ

Gnidanes

Fimbria ve-
neris precium
Machlyes
AusesVirginum de-
certatio in
Minerue festoPromiscue
cum mulieribus
habitantesAtlantes a-
nonymi, trans-
cendentem
solem exe-
cranturPastoricij ni-
hil vaccinum
gustant
Cyrenæ fœ-
minæ
Barceæ fœ-
minæ & a
vaccis absti-
nent & a su-
ibusMaceras.
i. mol-
licarum.
Scipionem
abaculū.Struthio-
nis gran-
tisCrista.
i.
penaAnonymos.
i. si-
nōmōeQuadrimi.
i. quæ
quorū anno
nati

De oim gentiū ritibus.

Sacrificādi ritus	modo sacrificant: vbi pro primitijs pecudis aurem præciderunt, eam supra domum abijciunt, hoc acto, ceruicem eius auertunt Solis omnium deorum immolant soli & lunæ. Defunctos, vt Græci sepeliunt omnes Aphri. præter Nasamones, qui illos sedentes sepe iungunt, obseruantes, vt dum quis coepit agere animam, eum sedentem constituunt, ne supinus expiret. Domicilia eorum sunt virgultis compacta suspensis circa lentiscos: & ea quoquo versus versatilia. Maxies dexteram capitis partem comatam gestant sinistram radunt, corpus minio tingunt, asserentes se a Troianis esse oriundos. Zabicum Maxibus confinium foeminae aurigantur currus in bellum. Zigantes, vbi magna vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur, omnes minyio inficiuntur, ac simijs vescuntur, quarum affatim gignitur ijs, qui in montibus degunt. Hi omnes Libij/vita syluestri sub diuo, vt plurimum habitant. victu ferarum more contenti, nil domesticum edunt, nullis vestibus, præter caprarum pellibus, tegunt corpora. Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, sed turres aquis proximas, condentes in eis, quæ vsui super sunt. Subditos populos singulis annis adiurant, vt principi pareant, obtemperantes, vt socios diligant, abnuentes imperium, vt latrones persequantur. Eorum arma sunt & regioni & moribus congrua. Nam quum sint corporibus leues: patria vero vt plurimum plana, neq; ense, neq; gladijs, neq; armis vtuntur in bello, Tris tantum ferunt hastas, lapidesq; in vasis ex corio factis, delectos, cum his certantes, tum in congressu, tum etiam recessu: primo ferire hostem conantur ad cursum: & lapides recte iaciendos longo vsu edocti
Sepeliendi ritus,	
Domicilia versatilia Maxies	
Zabicū foeminae aurigantur Zigantes simijs vescuntur	
Cōis Libycarū gentiū vita Vestitus. Domicilia Administratio Arma.	
Belligerādi ritus	
Fides.	
Troglodytæ qui etiā pastores dicuntur Vxores ac filij cōes omnibus Victus Troglodytarū.	Erga externos nullum ius, nullaq; seruant fidem. Troglodytæ, qui & a Græcis, q; ex pecoribus viuant pastores appellantur. Æthiopiæ populi cœtus ac tyrannos inter se constituunt. Vxores ac filios habent communes: excepto (qui vnicam tenet) tyranno. Huic appropinquanti multam tyrannus irrogat certo pecudum numero. Ethesiarum tempore, quo maximi decidunt imbres, sanguine & lacte immixtis paulumq; coctis nutriuntur, Æstu solis deficientibus pascuis ad loca declinant palustria, pro quibus solis inuicem certant. Pecora vetusta aut in morbos cadentia occidunt, exq; his per omne viuunt tempus. Parentum nomina minime indiderunt filijs, sed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, hos matres: quoniam ab his, non a parentibus quotidianus præbeatur cibus, appellant. Vtuntur potu Idiotæ Paliuri succo: potentiores ex quodam flore expresso, qui est deterrimo nostro musto persimilis. Armentorum greges secum ducentes varias, ne iisdem in locis morerentur diutius, regiones mutant. Corpora, præter virilia, quæ pellibus teguntur, nudi. Pudenda Troglodytæ omnes velut Ægyptij circumcidunt, his demptis, quos a casu claudos appellant. Hi soli intra regionem Hesternorum habitantes ab infantia non nouacula inciduntur. Arma ferunt Troglodytæ ijs quos dicunt Megauares. scutum ex corio crudo bouis, rotundum & ferratam clauam. alij arcus lanceasq;. Sepulchra ridicule penitus curant: nam paliuri vni minibus corpus ligantes defuncti ceruicem cruribus applicant, deinde cadauer in loco editiori positum lapidibus ridentes obruunt, impositosq; supra
Troglodytæ qui etiā pastores dicuntur Vxores ac filij cōes omnibus Victus Troglodytarū.	
Filios Troglodytæ a pecore denomināt Porus Troglodytarū Vestitus.	
Pudēda troglodytæ velut Ægyptij circumcidunt. Arma.	
Sepulchra Troglodytæ nihil curant	

Agereant mā. i. mo. ri

Lentiscus arbor que mastichen sudat

Minyio. i. rubrica Diuo. i. celo

Tyrannos, reges siue dnos. Ethesiarū i. ventros q. xl. dies post canis culae exortum p. fiat

Idiotæ. i. plebei Paliuri. i. arboris cuiusdam africæ

Megauares

CHRONOLOGIA
Eusebii
Q. CVR
L. Noh...

faxorum a ceruū capræ cornu abeunt nullo dolore moti: bellantur inuicem, non vt Græci, ob iram, aut ambitionem, sed pabuli gratia. In eorum concertationibus primum iactis lapidibus, quoad aliqui vulnerantur concertant: tum arcu quo admodum exercitati sunt pugnantes mutuis vulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt, quæ ætate præcedunt foemine: quibus nullo periculo in medium prodeuntibus (nefas est enim has villo pacto ledere) extemplo a certamine cessant. Inualidi ob senium armenta sequi/guttore bouis cauda adstricto vitam finiunt. Qui mortem differunt licet volenti eodem modo (admonitos tamen antea) vita priuare: ibique habetur beneficii loco. Febricitantes item aut morbo incurabili correptos simili adficiunt morte. Maximum arbitrantur malorum ab eo vitam diligi, qui nequeat aliquid agere dignum vita. Herodotus scribit Troglodytas specus in quibus habitent excuare, nullo habendi diuitias desiderio teneri: quum paupertati se voluntarie addicant: tantum lapide vno gloriari, quem Exa conthalitum nominamus, Serpentum carnibus vesci. Sermonis ad hæc ignaros esse, & propter hoc stridere magis quæ loqui. Alia in Æthiopia, quæ supra Ægyptum est, habitat gens, quam Rizophagi vocant, radices arundinum, quas ex propinquis locis effodiunt magna cura lauantes barbari lapidibus terunt, quoad molles factæ cohærent, deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capit factas, atque ad solem decoctas mandunt. Quem solum cibum, ipsi per omnem vitam suauem atque affatim habent, eo quæ pacem continuam seruent. Bellant tamen cum leonibus, qui e deserto vmbre causa, & vt minores venentur feras egrediuntur si Æthiopum multos ex paludibus exeuntes dilaniant. Et iam dudum ea de leta esset, a leonibus natio, nisi natura eis sponte persiuuū tulisset. Nam sub ortum Canis mirabilis atque innumera nullo agitante vento culicum multitudine ad ea loca aduolat. Homines ad paludes fugientes minime lædunt: leones abire ex his regionibus compellunt, tum morsu tum vocis sono territos. His propinqui sunt Ilophagi Spermatophagique: quorum hi quidem fructibus, qui estate ex arboribus decidunt colligentes absque labore edunt: reliquo tempore herbam in vmbrosis nascentem locis decerpunt, quæ vitæ subuenit egestati. Ilophagi vero cum filiis vxoribusque ad loca campestria accedentes arbores ascendunt, ac teneras ramorum summitates auferunt: tantam ex continuo vsu ramos ascendendi peritiam habentes, vt (quod incredibile videtur, de arbore in arborem velut aues prosiliant, ascendantque tenues absque periculo ramos: macilentia leuitateque corporis nixi: quæ si quando pedes labantur manibus ramis comprehensis sese a casu peropportune vindicant: quæ si forte deciderint nullam in re propter corporis leuitatem læduntur: ita ramis tenerioribus dente exelis ventrem farciant. Hi semper incedunt nudo corpore communesque vxores ac liberos habent, pugnant inuicem pro locis armati baculis aduersus alios ac dominantur victis: moriuntur vt plurimum fame, quum deficiente visu corpus priuetur eo sensu, quo cibum quærebat. Reliquam circa regionem Æthiopes tenent, qui Cyneci dicuntur, numero haud multi, vita ab reliquis diuersa. Syluestrem enim incolentes patriam, & penitus asperam ta-

C iij

Belligerant
pabuli grã
troglodytæCertamina
foemine dirimuntSenio cõfesta
aut imbecilli nisi mortem sibiipsis consciscant a volenti interficiuntur.

Diuitiæ Troglodytæ.

Rizophagi arundinū radicibus vitantes.

Rizophagi leonibus prædæ sunt.

Culices leonibus infestis

Ilophagi, Spermatophagi

Homines de arbore in arborem vt aues prosilientes

Arborum ramis musculis Ilophagi vescuntur

Cões omnibus vxores & liberi.

Cyneci ferarum timore supra arbores habitant

De oim gentiū ritibus.

Astucia Cy
necorū in fe
rarū venatōe

Victus Cy
necorū paup
rimus

Acridopha
gi locustis
victantes

Pisces & car
nes Acrido
phagi non
edunt

Miserabilis
vitæ Acrido
phagorū exi
tus

Phthirias
acridophagi
moriūt

Cynamymi
siue Sylue
stres, canum
greges nutri
unt

Ichthiophag
i ex piscib⁹
viuunt

risq; aquarū fontibus /sup arbores ferarū timore dormiūt, Sub aurorā ad aq̄
rum decursus armati p̄deunt se abscondūt in fer arborū frondes. Sub aestu
vero solis agrestes boues pardaliq; ac varia ferarū ḡna, tum caloris tū sitis im
patientia ad aq̄s potus causa confluūt. Repletas grauesq; aqua bestias Æthio
opes ex arboribus descēdentes adoriunt, ac lignis adustis, saxisq; & sagittis
occisas, p̄c̄ cœtus diuisas edunt. Aliqñ x̄o t̄p̄uis praro & ipsi a valentiori be
stia interficiunt: sed multas ipsi dolo & arte valentiores beluas capiūt. Si qñ
desint aīalia, antea captorū pelles madefactas remotis pilis ad ignem lenem
ponūt: dispartitasq; singulis auide ad satietatem sumunt. Impuberes pueros
exercent ad certū signū iacere /solis cibū p̄bentes his, qui signū tetigere, Ideo
iaculatores optimi euadunt vrgente fame. Acridophagi deserto cōtermini
hoīes sunt paulo cæteris breuiiores macilenti ac sup̄ modū nigri. Veris tpe
zephyrus ac Libycus venti infinitū pene locustarū ex deserto ad eos deferūt
numerū. Hæ p̄ magna sunt, sed colore alarū turpi ac squalido. Æthiopes ad
id assueti in quandā latā longāq; multis stad̄ijs cōuallem plurimū materiei
ex p̄p̄inquis locis ingerunt, tū suo tpe tanq̄ locustarū nubes a ventis supra
vallem deserti materiem congestā /oemq; loci herbā antea succisā incendūt.
Locustę desup volantes ingenti fumo euectę paulū vltra vallem ad terrā tāta
decidunt copia, vt victū omnigenti abunde p̄beāt. Has em̄ Sale qđ regio
plurimum fert superinfuso diutius seruant cibum gustu eis suauem: hic est
solus eorum per omne tempus locustarum victus. Necq; enim pecora nutri
unt, neq; pisces edunt, procul a mari positi: neq; vllum aliud vitę adminicu
lum habent. Corpore leues sunt, veloces cursu, & vitæ breuis: vt qui longis
sime viuunt, quadragesimum non excedunt annum. Finis eorum non so
lum miserabilis est, sed & incredibilis. Nam propinquante senectæ, pediculi
alati, nō solum visu varij, sed specie horridi ac turpes, in corporibus nati ven
trem primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui
morbum patitur primum veluti scabiei cuiusdam pruritu allectus, corpus
scalpit, voluptate simul & dolore percæptis, deinde exorientibus pediculis
simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, vnguibus corpus
magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermiū copia effluit: alijs super alios
tanq̄ ex perforato vase, scaturientibus, vt deleri nequeant: hoc pacto siue ci
bi, siue aeris causa miserum sortiuntur vitæ finem. Extremas ad meridiem
Aphricæ partes viri habitant a Græcis Cynamimi a vicinis Barbaris sylue
stres appellati, Barbas habent admodū magnas: greges syluestriū canum nu
trientes præsidia vitæ. Nam ab æstiuo tropico, vsq; ad medium hyemis In
dici boues innumera multitudine eorum patriam ingrediuntur: causa incer
ta est: vtrum ne alias insectantes se feras fugiant: an pastus penuria, an alio na
turæ (que omnia miranda gignit) impulsu hominibus ignoto actæ. His ho
mines, quum obsistere nequeant, suis freti viribus se canibus tuentur, quibus
in venatione vsi boues p̄ multos capiunt, Et hos quidem recentes edunt, hos
saliunt ad futurū vsum. Multa insuper & alia animantia canibus capta com
edunt. Postremi, qui ad meridiem habitant in hominis forma ferarū vitam
ducunt. Ichthiophagi sub Troglodyticā oram in Arabico sinu habitant Bar

bare gentes: nudi per omnem vitam degentes: vxores filiosq; cōmunes ha-
 bent: bestijs similes: vt qui nec voluptatis, nec doloris vllum, nisi naturalem
 sensum percipiant, nec turpis nec honesti discrimen norint. Habitacula ha-
 bent non longe a mari iuxta promontoria, vbi non solum profundę cauernę
 sed conualles immensę & angustę speluncę existunt: egressu ipsa natura dif-
 ficili ac tortuoso. Harum tanq; ad eorum vsum natura factarum aditus inco-
 lę magnorum congerie lapidum obsepunt: qua veluti retibus capiant pi-
 sces: Maris enim fluxu, quod his, diebus singulis circa tertiam ac nonam ho-
 ram accidit: oras littori p̄p̄inuas inundante: aqua in immensum excrescens
 opertis locis omnibus innumeram sortem diuersorū piscium secum in con-
 tinentem defert: qui quum in diuersa loca cibi gratia diuertant, refluyente ma-
 ri per lapides, pisces in sicco destituuntur, Quos incole cum vxoribus pueris
 q; concurrentes capiunt: captos supra petras ad meridiem sitas: nimioq; so-
 lis aestu incensas ponunt: pauloq; post reuoluunt: quibus sic ad solem deco-
 ctis: carnem omnem excutiunt: & concauo saxo iniectam pinsunt, admixto
 paliuri semine, cibum sibi conficiunt suauissimū, Nam sic immixtas carnes
 in modum longioris lateris formant, ad solemq; paulo delicias, sedentes,
 cum voluptate edunt: non quidem ad certam mensuram, aut pondus, sed ad
 satietatem: habent hunc cibum semper velut e penu promptum. Neptuno
 pro cerere eum large subministrante. Quando vero maris tempestate adeo
 littori vicina loca multis diebus inundantur, vt nulla detur piscandi facul-
 tas. Quo tempore cibi penuria laborent. Conchas legunt permagnas, quarū
 testa laxis attrita interiori carne cruda, sapore Ostreis persimili vescunt: Vbi
 vero tempesta ventorū vi diutius p̄seuerat, conchæq; deficiunt: ad ossa siue
 spinas ex piscibus excussas, & in hunc vsum coaceruatas confugiunt: tenerio-
 res recentioresq; ex his dentibus mandū: duriores edunt saxo contritas nil
 brutis aialibus dissimiles. Epulant̄ aut palam cū laticia, vt dixi, cantuq; abso-
 no omnibus inuicem congratulantibus, deinde mulieres, vt q; quis forte in-
 cidit, cognoscunt prolis causa: omni cura ob ciborū, qui p̄sto sint, copiam, va-
 cui: his studijs quatuor diebus intenti: quinto potus gratia ad fontes p̄gunt
 gregatim: om̄ibus simul vocem (velut inconditū sonū) tollentibus. Est pro-
 fectio hæc haud dissimilis ab armentis boum. Repleto aqua ventre, adeo, vt
 vix redire queunt, Ea die nihil edunt amplius: iacet quisq; aqua plenus, dis-
 tentusq; similis ebr̄io. Postera die denuo ad capiendos pisces redeunt: ita
 eorū vita per omne tempus transacta ob simplicem victū raro in morbos
 incidunt: breuioris tamen q̄ nos sunt vitæ, Natura eorū incorrupta famem
 sedare max̄mū ducit bonū: nullā aduenticiā voluptatem quærens: Hæc eorū
 q̄ intra sinū habitant viuendī norma est. At illorū q̄ extra sinū sunt multo est
 mirabilior: vt q̄ nunq; bibāt & natura ab oī semoti sint anī passione, Hi p̄cul
 ab terra habitabili tanq; in loca deserta a fortuna eiecti piscatōi dant opā: hu-
 mida nō appetunt: pisces edunt semicrudos, nō q̄ sitim effugiāt, sed feritate q̄
 dā: contenti victu, quē a fortuna sortiti sunt, Felicitatem sumā putāt his ca-
 rere rebus, q̄ dolorē possent egentib; afferre: Tātæ patiētīe eē dicunt, vt si q̄
 educto ense eos p̄cusserit, nō diffugiāt, & ybera & iniurias p̄ferentes, solū p̄-
 cutientē respiciāt,

Piscū inge-
niosa vena-
tio

Cib; Ichthi-
ophagorū pi-
sces sunt

Cruda con-
charū caro
cibus

Nota morē
lector
Simplex ich-
thiophagorū
vita

Hoies ab oī
animi passio-
ne semoti

Mirę pacien-
tię hoies,

De oim gentiū ritibus.

Hoīes sermo ne carentes, nuru solo loquuntur nullum neq; irā, neq; misericordiā signū ostendentes: Sermone carent nuru, manibusq; significant, quibus indigeant, & quę volunt. Hę gentes vna nimi consensu pacem curant, nulli externo homini infestę, quod vitę genus licet mirabile, a priscis olim temporibus ea gens seruauit: siue ita longo tempore assueta, siue acta necessitate. Habitaculis nō isdem, quibus Ichthiophagi vtuntur, sed diuersis habitant modis: quidam in speluncis diuersoria habent, ad arctum positis, in quibus tum ymbra, tum spirans aura eos ab æstu solis tutatur. Nam quę ad meridiem loca spectant, fornacibus ex nimio æstu similia, accessum ad ea adimunt. Qui sunt aduersus arctum ex costis cetorū in curuis, quas mare plurimas effere ex vtroq; positis latere colligatisq; quas maris alga operiunt, habitacula sibi extruunt ad euitandos æstus. Natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam reperiente. Et talis fertur esse ichthiophagorum vita. Superest pauca de Amazonibus dicere, quas priscis temporibus in Libya ferunt extitisse, Mulieres pugnaces & validę viribus. Non eandem, quam nostrę vitam duxisse. Nam mos fuit illis certo tempore bellicis ad seruandam virginitatem rebus excitari. Transactis militię annis viris coniungi prolis gratia. Has solas & principari, & publica obire munera: viros nostrarum sceminarum instar domesticę rei curam habere, tum obtemperantes sceminis, tum militię principatusq; ac omnis reipublicę expertes: post partum nati infantes viris dantur, quos lacte nutriant, alijsq; rebus prot ætas poscit. Masculis mox natis, vt bellicę rei inutiles sint, dexterum brachium frangunt: aut eos interficiunt, vel procul ablegant, Femellis mamillas, ne crescant, inurunt: asserentes impedimento eas ad bellandum esse. Vnde a Gręcis, eo qđ mammis careant Amazones appellantur. Hesperam insulam inhabitasse illas asserunt: dictam ita, qđ ad occasum sita sit. Eam vero esse in Tritonidis palude, quę proxima oceano, a flumine, quod in eam defluit, Tritonia appellatur: Æthiopię contermina & monti, qui Atlanta dicitur, omnium in ea terra maximo, Hęc insula permagna est, varijsq; arborū fructibus, ex quibus incolę viuunt: ferax, multos tum caprarum tum pecudū greges habet: quorum lacte & carnibus vescuntur: frumento penitus carent: illius vsu incolis ignoto.

Habitacula ichthiophagorū

Ars ex necessitate Amazones bellicose mulieres

Viri Amazonum mulieribus officia obediunt. Masculi mox natis brachium frangit.

A carentia mamillarū Amazones dicte Hespera insula Tritonia palus

Cetorū i. gradium pisciū Alga. i. herba illa maris

Costus
radix
vel ar
fulam
gni od
ris
Toreu
a. f. op
fulpra
celara